UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Dolo malo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

gl.ad hanc l.⁊ ſummarium de l.nec timorem.§.fin.cum l.ſeq.ff.eod.
Gl.ſoluit optime,ibi alius timebat metum inferendum a priuato,
hic metum inferẽdum a iudice,ideo non eſt iuſtus metus.¶ Op.
de l.in ſumma.circa prin.de cond.indeb.Solu.hic aduerte,iſta lex
dicit,quod accuſatio non eſt iuſtus metus ad vãdum hanc actio-
nem.an autem alia actione poſſet agi.hoc non dicitur hic. Et ſic
lex contraria non obſtat,que loquitur de cond.indeb. ¶ Quero,
2 ⁊ reuoco in dubium vtrũ alia actione poſſit agi,ſeu reuocari ſeu
repeti illud quod eſt factum metu accuſationis future,vel iam fa-
cte.Gl.reſpondet multum ſolenniter,ſi quidem accuſatio erat ca-
lumnioſa poteſt repeti,vt l.in ſumma.de condic.ind.Si vero erat
3 vera.tunc aut loquimur in caſibus,in quib.licet tranſigere,⁊ non
põt repeti.ſi aduerſarius obſeruat promiſſa, alias ſecus. vidiſtis
in l.ſiue apud acta.⁊ l.tranſigere.de tranſact.ſed ſi non licebat trã
ſigere.tunc ille qui dedit,turpiter dedit,⁊ ſic repetere non poterit,
a vt l.ſi quidem.§.de contrahen.⁊ commit.ſtipula.¶ Et aduerte[a] ad
iſtam glo.quia iſta glo.dicit manifeſte.quod in caſibus,in quibus
licet tranſigere,tranſactio impedit proceſſum,⁊ agenti poteſt op-
poni.⁊ vide gloſ.tuam ⁊c.

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Et aduerte. Et que ſunt que impediunt. Adde
plene Bal.in l.poſtquam liti.§.de pac.⁊ no.gl.huius l.an liceat pa
cem facere cum bannito.quia videtur quod hic contrarium tenet
Iaco.de Bel.diſputando ⁊ etiam Barto.vt hic refert alle.in con
tra.glo.in l.j.ff.de do.quam Ange.in l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar.
ff.de pac.fecit ſingularem,⁊ eam ſequitur. Tene menti diſtinctio-
nem Bald.hic.

LEX XI.

I per impreſſionem. Venditio cele
brata per im-
preſſionem officialis,condictione ex hac l.reſcinditur,nec
precium reſtituitur.h.d.¶ Oppo.⁊ videtur quod pretiũ reſtitua-
tur,vt ſ.eo.l.ij.⁊ iij.Solu.ibi illud quando agitur actione ꝙ me-
tus cauſa.q2 illatus eſt metus mortis.vel cruciatus corporis,hic
quando agitur condictione ex hac l.que non requirit hunc metũ,
ſed ſolum metum alicuius officialis.¶ Contra hoc opp.ſ.eo.l.ad
inuidiam.Solu.Habẽs ibi dignitatem,emit nulla facta impreſſio
ne.vel metu adhibito,hic adhibuit metum,vel impreſſionem, di-
cens quod contra eum procederet, vel de maleficio denunciaret
eum.¶ Opp.de l.non licet.de contrahen.⁊ committen.ſtipul,vbi
nullo modo licet officiali vendere.Solue vt ibi ſoluitur,⁊c.

LEX XII.

V Enditiones. Iſta lex poteſt loqui in caſu
precedentis legis,⁊ extendit
legem precedentem,⁊ dicit hoc breuiter.Quod in prece
denti l.de venditione dicitur,per hanc legem ad omnes contra-
ctus extenditur.h.d.Et intelligo ſemper,quod in quolibet cõtra-
ctu.illud quod recipit,qui eſt paſſus impreſſionem, non redditur,
vt dicitur in precedenti lege.Alij intelligunt hic de tali metu,qui
induceret actionem quod metus cauſa,ſed precedens lectu.eſt ve
rior ⁊c.

De dolo malo. Rubr. XXI.

¶ Continua rubricam,vt habes in gl.Gl.querit quare adijcitur
in rubrica,de dolo malo,⁊ dic vt in glo.

LEX I.

S I fideiuſſor. Fides debita ratione
contractus,facit ꝙ nõ
poſſum vt ego,nõ poſſim vt quilibet.h.d. ¶ Op.
j.de diſtrac.pign.per totum.Solu.Illud eſt verũ
extraneo emente,hic vero emit fideiuſſor. ¶ Sꝫ
contra hoc oppo.quod non poſſum vt ego,poſ-
ſum vt quilibet.vt l.item eorum.in princ.quod cuiuſqꝫ vniuer.no.
Solu.Fallit hic ratione fidei debite,ratione contractus. Fallit in
l.ij.§.quatuor.ff.de leg.ij.⁊ dic vt ibi dixi.¶ Opp.⁊ videtur ꝙ non
competat actio de dolo,vnde videtur obſtare ff.mandat.l.ſi man
dato Titij.§.j.Gl.ponit multas ſolutiones.Hec eſt vera,vt expo
natur de dolo,id eſt,mandati nomine doli,quod nota.

LEX II.

1 Hec actio de dolo quando cõcurrat cum actione quod metus
cauſa.⁊ cum reſtitutione in integrum.⁊ nu.6.
3 Actio de dolo an concurrat cum interdicto vnde vi.⁊ nu.7.

D E dolo. Hec lex ſummat ſeipſaꝫ. Actio de do
lo,non concurrit cũ alia. h.d. ¶ Op.
ff.eo.l.ſi legatarius.⁊ j.de cond.inde.l.ij.⁊ iij.Sol.Illa
actio non concurrit cum alia ſpeciali,ſed cũ generali,
ſicut cũ condictione ſine cã,vel certi condictione, vt in contrario.
¶ Item op.ff.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptione.§.eum qui.
1 vbi concurrit cum actione ꝙ metus cauſa.Solu. Iſta actio non
concurrit cum alia ſpeciali,que non ſit arbitraria pretoria.ex eadẽ
equitate inducta.⁊ reſtitutoria.ſed actio quod metus cauſa habet
omnes dictas conditiones.ergo concurrit cum ea.¶ Contra hoc
oppo.ff.eo.l.j.§.ait pretor.ver.vſque adeo.Hic aduerte.dicit gl.iſta
2 actio habet ſe ad modum inuidi, qui nõ inuidet maiori.ſed nec in-
feriori,ſed equali,ſic iſta actio non inuidet actioni magis generalĩ
quã ſit ipſa,ideo concurrit cũ ea.nec inuidet iſta actio alicui actio-
ni,que ſit ſpecies,quo ad eam.vt actio quod metus cauſa,nam do
lus eſt genus,⁊ continet in ſe dolum ſimplicem,⁊ metũ, vnde actio
de dolo concurrit cum actione ꝙ metus cauſa,q2 inferior ea,ſed in
integrum reſtitutio.⁊ alie actiones,de quibus lex contraria loqui-
tur,non ſunt ſpecies.quo ad actionem de dolo,nec genus, ſed ha-
bent ſe inuicẽ.vt excedẽtia.⁊ exceſſa,q2 in multis caſibus habet lo-
cum in integrum reſtitutio,vbi non eſt dolus, ⁊ in multis caſibus,
poteſt eſſe dolus ⁊ non habet locũ in integrum reſtitutio.⁊ ideo nõ
concurrit cum ea.⁊ hoc eſt quod vult dicere gloſſ.tua, quam vide.
3 ¶ Quero,⁊ reuoco in dubium vtrum† actio de dolo poſſit concur
rere cum interdicto vnde vi.Gloſ.dicit quod poteſt dici quod ſic,
a quod forte põſſet concedi,[a] q2 vbicunqꝫ habet locum interdictum,
vnde vi,eſt cõmiſſus dolus, vnde habet ſe, vt ſpecies ad actionem
4 de dolo.ergo,⁊c.vt eſt dictum.¶ Secundo quero,†vtrum concur-
rat cum interdicto quod vi aut clam.Glo.videtur dicere quod ſic.
Puto contrarium.nam illud interdictum habet locum vbi eſt fa-
ctũ clam,licet quis nõ fuerit ſuſpicatus ſibi moueri cõtrouerſiam
ſed ſuſpicari debuerit.vt l.prohibere.§. clã. quod vi aut clam. ⁊ ſic
poteſt habere locũ vbi non eſt dolus commiſſus.¶ Quero tertio,
5 †vtrum concurrat cum actione iniuriarum. Gloſ.videtur dicere ꝙ
ſic,puto contrarium, q2 ad diuerſa competunt, nam actio de dolo
datur ad intereſſe,vt l.arbitrio.ff.eo. actio iniuriarũ datur ad vin-
dictam,vt l.pretor edixit.§.j.de iniur. Cum igitur non cõpetant
ad idem,de concurſu non eſt querendum,⁊c.

ADDITIO.

a IO. FR. RV. ¶ Concedi. Adde quod idem tenet Bal.hic ſim-
pliciter approbando gloſ.Sed contrarium tenet Bartol.in l.iiij.
ff.eod.titul.

¶ Pro concordia: Aduerte interdictum vnde vi,poteſt concur-
rere cum actione de dolo.Ita videtur velle Barto.in hac l.ij.Sed
tu dic quod Bart.in hac l.ij.non firmat pedem:quia dicit forte,⁊c.
nec etiam in d. l. fin. loquitur ſimpliciter in omni caſu limitando,
quando illud interdictum non eſt ſpecies.

ALIA LECTVRA.

D E Dolo. Actio de dolo non concurrit cum alia
maiori,vel minori,hoc dicit de hoc in l.
j.§.j.ff.eo.¶ Opp.de l.ſi cum exceptione.§.eum.ff.quod me
tus cauſa.Sol.gl.quod actio de dolo non concurrit cum alia, que
non ſit arbitraria.⁊ pretoria. ⁊ ex eadẽ equitate inducta,ſed ſi hoc
concurrat.tunc actio de dolo concurrit cum alia, ſicut eſt actio ꝙ
metus cauſa.¶ Contra hanc ſol.gl.⁊ etiam contra text.oppo.de l.
iij.§.idem erit.ver.ſed ſi dedero.ff.de condi.ob cau. de eo quod not.
in l.cum proponas circa fin.gl.magne.§.eo.¶ Pro cuius declara-
tione debetis ſcire quod quandoqꝫ queritur nunquid actio de do-
lo poſſit concurrere cum alia generaliori,vt puta cum cert.condi-
ctione.⁊ tunc dicas quod poſſit, tunc ita debet intelligi quod not.
in d.l.cum proponas.Quandoque queritur,nunquid actio de do-
lo poſſit concurrere cũ alia minori que ſe habet vt ſpecies ad actio
nem de dolo,⁊ tunc cum iſta etiam concurrit hec actio.⁊ tunc ha-
7 bet locũ iſta lex,⁊ ita debet intelligi hec materia.¶ Querit gl.nun-
quid actio de dolo poſſit concurrere cũ interdicto, vnde vi ⁊ ꝙ vi
aut clam,Glo.dicit ꝙ non,per l.j.§ ait pretor.verſ.vſqꝫ adeo.ff.eo.
Sed quero iuxta gl.quid ſi alicui competat aliqua exceptio, nun-
quid actio de dolo concurrat cum exceptione illa. Text.in d.verſ.
vſque adeo. videtur dicere quod non, quod eſt verum regulariter
de qualibet exceptione. ¶ Sed reuoco in dubium de exceptione
doli.v.g.per dolũ promiſi tibi aliquid, nunquid potero agere con-
tra te,vt liberes me actione de dolo,⁊ opponere exceptionem doli,
ſi ageres contra me.Videtur quod non,vt dicto §.vſque adeo.In
contrarium facit l.metum.§.volenti.ff.quod me.cauſ.Gl.tenet hãc
vltimam partem in dicto. §. vſque adeo. ¶ Vltramontani repre-
hendunt dictam gl.per illum text.⁊ ad §.volenti,reſpondent quod
ibi eſt dolus nõ ſimplex.Poteſt tolerari gl.quia non reperitur ra-
tio,quare hoc concedatur magis in dolo velato, quam nõ velato.
Et intelligas verſ.vſque adeo in qualibet exceptione.preterquam
in exceptione doli.¶ Quero quid verſetur in cauſe cognitione,gl.
dicit tria,tempus ſcilicet quod non ſit tempus biennij, vt in glo.ſ.

LEX II.

N On poſſunt. Tempus actionis de dolo.non
currit abſenti,cauſa Republi-
ce,hoc dicit in ſumma,⁊c.

LEX IIII.

1 In contractibus innominatis due actiones oriuntur.

2 Actio de dolo in contractibus innominatis datur ad intereſſe
quando non ſeruantur promiſſa.
7 Contractus innominati iudicantur ſecundum modum contra-
ctuum nominatorum, quibus aſſimilantur,
9 Dominium rei, ꝙ non transferatur in omnibus contractibus, niſi
ſoluto petito, ⁊ fide habita de pretio.

Cum proponas. Hec eſt ita ſubtilis lex in ſe, ſicut forte
hoc anno habuerim aliam; ⁊ meo viſu gl. ceſpitaue-
runt in hac l. multum, ⁊ multa dixerunt que nihil fa-
ciunt ad propoſitum. Secũdum verum intellectum
breuiter dicit. In contractu facio vt des, ſi facienti non ſeruantur
promiſſa, ſi factum non eſt repetibile, datur actio de dolo, ſi eſt re-
petibile, datur condictio ob cauſam, vel alias concedit̃ repetitio.
1 h.d. ¶ Ad euidentiam debetis ſcire † quod in contractib. innomi-
natis ſunt prodite due actiones. Una eſt preſcriptis verbis, que
datur, vt impleatur qđ conuenit, vt l. naturalis. §. j. ff. de preſcript.
verb. ⁊ iſta oritur ex illo contractu iuriſgentium, vt l. iuriſgẽtium.
in prin. ff. de pact. ¶ Item eſt prodita condictio ob cauſam ad re-
petendum id, qđ eſt datum, ſi non obſeruantur promiſſa. vt d. l. na-
turalis. §. j. ⁊ in toto tit. de cond. ob cau. C. ⁊ ff. ¶ Hoc premiſſo, gl.
tua videtur hãc legem intelligere de actione de dolo, que datur ſi
non obſeruentur promiſſa in cõtractu, facio, vt des, vbi deficit a-
ctio preſcrip. verb. vt l. naturalis. §. quod ſi faciam de preſcr. verb.
Et ad hanc tendunt omnes opin. gl. Alio modo intelligit, qđ hic
loquitur de actione de dolo, que datur ad intereſſe, eo qđ non red
ditur id, quod eſt factum eo caſu quo condictio ceſſat ob cauſam,
qꝛ factum non eſt repetibile. Et hanc lect. ego tenui, ⁊ ſecundũ iſtã
poſui ſummarium, ⁊ ſecundum iſtam pono caſum in terminis, hic
2 eſt verus intellectus. Unde glo. tua intelligit † quod datur actio de
dolo ad intereſſe, qꝛ non ſeruantur promiſſa, ⁊ ſic ſuccedit in locũ
actionis preſcriptis verbis. ¶ Ad iſtud opp. In contractu do vt
facias, habet locum actio preſcrip. verb. vt l. naturalis. §. at cũ do;
de preſcriptis verb. ergo non habet locum actio de dolo, que non
concurrit cum alia. Hmus timore dicit gl. hic fuit contractus fa-
cio, vt des, ſic enim incepit conuentio, manumitto vt des manci-
pium, ⁊ ſic prius fuit actum de manumittendo hoc ſentit ſecunda
gl. quam vide. ¶ Contra iſtam ſol. opp. Iſtud poteſt procedere in
primo caſu legis, quando conuenit, vt ipſe manumitteret, ⁊ man-
cipium reciperet, ſed in ſecundo caſu quãdo conuenit, vt daret an
cillam manumittendam, ⁊ reciperet mancipiũ, videtur cõtractus
do, vt des, ⁊ ſic debet habere locũ actio preſcriptis verbis. Gl. ſol
uit duob. modis. Primo qđ nunquam fuit conuentum, vt daret
ancillam manumittendam, ſed fuit conuentũ, vt manumitteret, li-
cet poſtea ille, qui debebat manumittere, tradiderit eam manumit
tendam, volens complere contractum. Et ita ſentit hic ſecũda gl.
vel aliter, licet conueniam, vt dem ancillam manumittendam, non
eſt contractus do, vt des, imo facio, vt des nam cũ ancillam dedi,
non vt habeas eam tibi, ſed vt manumittatur, iſtud factum reſpi-
cit, ⁊ ſic ex parte mea videtur factum, cũ illa datio fiat propter fa-
ctum. ⁊ vide gloſſ. tuam que ſolutio eſt notabilis ad queſtionem.
3 Statutum eſt hic † quod ſi pena adijciatur facto poteſt peti, ſe
cus ſi adijciatur dationi eius, quod conſiſtat in põdere, numero,
vel menſura. Modo quidã promiſerunt ſtare, ⁊ parere laudo ſub
certa pena, laudũ continet dationem quantitatis. certe iſta pena
videtur adiecta dationi. qꝛ ſtare, ⁊ parere laudo, eſt propter illud
dari quod venit in eo. Pro hoc videtur text. in l. v. §. fin. de verbor.
4 obliga. ⁊ vide glo. ¶ Item contra predicta oppo. per alium non
poteſt quis manumittere, vt j. commu. de manumiſſ. l. j. ⁊ j. de ma-
numi. vin. l. iij. So. Non poſſum per procuratorem ſimplicem, vt in
contra, ſed per procuratorem in rem ſuam. ſic, vt hic. Ita dicit gl,
⁊ bene. ¶ Item opp. In contractu facio, vt des, habet locũ actio
preſcriptis verbis, vt l. cum mota. ſ. de tranſa. Solu. Dicit hic gl.
ibi fuit, do vt facias, ⁊ fuit conuentũ in faciendo, hic facio, vt des,
vel aliter, vt ibi dixi, ibi loquitur quando ex facto aduerſarij aliqd
adeſt, hic nihil adeſt. ¶ Item oppo. de condit. ob cauſ. l. iij. §. ſed ⁊
ſi dedi. Solu. Dicit gloſ. ibi loquitur de certi condictione genera-
li que concurrit cum actione de dolo, ⁊ ita pertranſit gloſ. tua. Ui-
5 detur ergo omnes iſte gl. intelligere hanc legem de actione de do
lo, que datur ad intereſſe, quia non obſeruantur promiſſa, ⁊ ſic in
contractu in quo ceſſat actio preſcriptis verbis, quia eſt facio, vt
des. Iſte intellectus non eſt verus, primo per rationem, ſecundo
per hunc text. per rationem probo ſic. In contractu facio vt des,
quando ex facto aliquid adeſt aduerſario, competit actio preſcri-
ptis verbis, vt l. cum mota. ſ. de tranſa. ⁊ l. ſolent de preſcrip. verb.
no. in d. l. naturalis. §. quod ſi faciam. ſed hic quando dedi tibi ſer-
uum manumittendum, tibi adeſt iuſpatronatus, ergo debet dari
tibi preſcriptis verbis. Sed ad hoc potes reſpondere, qui habet
iuſpatronatum, non videtur locupletior, vt l. plane. circa finem. ⁊
l. ſequen. ff. de legatis primo. Sed forte iſta nõ eſt bona reſponſio,
d. l. naturalis. in fi. de preſcr. verb. Preterea paria ſunt adeſſe mihi,
vel aliter de voluntate mea, vt l. ſolutam. de ſol. Cum ergo huic an-
cille cõpetat libertas, ⁊ ſic ex facto meo adeſt contrahenti. vel alte-
ri de voluntate mea concludo ꝙ ſi quis vellet agere vt obſeruen-
tur promiſſa, haberet optime locũ actio preſcriptis verbis. Et ſic
quicquid gl. hic dicant, non dicunt verũ. ſed hec lex loquitur. quan
do aliquis volebat repetere id quod fecit, vel dedit, ⁊ ſic volebat
recedere a contractu, ⁊ qꝛ condictionem ob cauſam non habet. qꝛ
factum vel datum non eſt repetibile, ideo recurritur ad actionem
de dolo. Hic eſt text. in l. noſtra. ⁊ vide textum tuum, qui clare dicit
vnde tota lex non tendit, niſi ad oſtendẽdum. qualiter ſuccurritur
mihi volenti recedere a contractũ quando datum, vel factum non
eſt repetibile. Preterea gl. in ſolu. predictorum contrariorũ, preſup
6 ponit etiam † aliud ꝙ contractus innominati iudicantur ſecũdum
modum ineundi, non ſecundũ modũ implendi. Ita tenet hic, ⁊ in l.
cum mota. de tranſactio. ⁊ no. qꝛ non tractat materiã contractuum
nominatorum. Ultram. contra, ſicut enim in cõtractu emptionis, ⁊
venditionis, ex parte ementis dicitur emptio, ex parte vendentis
dicitur venditio, ⁊ idẽ in contractu locationis, ⁊ conductionis, ita
hic ex parte eius, qui facit vt detur, dicitur facio vt des, ex parte
eius, qui dat vt fiat dicitur do vt facias. Iſtam opinionẽ puto ve-
7 ram, quam probo ſic. Contractus † innominati dijudicantur ſecun
dum naturã cõtractuum nominatorum quibus aſſimilantur vt l. j.
§. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti. ⁊ l. eum qui. §. j. ff. cõmo. Ad propoſi-
tum, ſi do tibi Stichũ, vt vadas pro me Romã iſte cõtractus aſſi-
milatur locationi, ⁊ cõductioni, ⁊ ideo nõ eſt locatio, qꝛ ibi non in-
teruenit pecunia. merito ergo ſicut in locatione, ⁊ cõductione, di-
uerſimode nominantur cõtractus, ita hic diuerſimode nominãtur
ex diuerſitate perſonarũ. Preterea, que eſt ratio. ꝙ in facio vt des
datur actio de dolo? Certe qꝛ ex facto nihil adeſt aduerſario, ideo
ceſſat equitas, que actionem preſcriptis verbis non inducit. Sed
pone ſecundum intellectum glo. ꝙ fuit contractus initus facio vt
des, tamen ille dedit primo cum ex donatione aduerſario aliquid
adſit, ſubeſt equitas, que parit actionem preſcriptis verbis ex par
te illius, ⁊ idem econuerſo, ponamus ꝙ fuit initus contractus, do
vt facias, ⁊ ille preuenit in faciendo. ſi ex facto mihi nihil adeſt, non
eſt equitas, que actionem preſcriptis verbis inducat. certe non vi
deo quid obſtet, licet gl. dicat in l. iuriſgentium. §. j. ff. de pac. Puto
ergo ꝙ ex parte vnius dicatur do vt facias. ex parte alterius facio
vt des, nec curo a quo incipiat cõtractus. Tamen do. Iac. butrig.
defendebat gl. noſtras, ⁊ faciebat tales rationes, ⁊ dicit ꝙ contra-
ctus debet dijudicari ſecundum modum ineundi, non ſecundum
modum implendi, vt ff. de noua. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. fi. ⁊ l. cum
enim. ergo ⁊c. Reſpon. quod bene dicit, ſed nihil ad propoſitum. qꝛ
dico quod ſecundum modum ineundi, ab ipſo initio fuit do vt fa-
cias, ex alio facio vt des. quicunque preueniat in faciendo, vel dan
do, non curo, quia ſemper fuit ſic. ¶ Preterea dicit ipſe, illud de-
8 bemus inſpicere † ad quod res principaliter paratur, non illud ad
ꝙ per conſequentiam deuenitur, vt l. ⁊ ſi non ſint. §. perueniamus.
ff. de aur. ⁊ argen. leg. Fateor iſtam rationem, ſed nihil ad propoſi-
tum, quia ab ipſo initio ex parte vnius principaliter agitur vt fiat,
ex parte alterius principaliter vt detur, ſicut in emptione, ⁊ vendi
tione, locatione, ⁊ conductione, quia ex parte vnius principaliter
agitur habere pecuniam, ex parte alterius habere principaliter
rem. Preterea, dicit ipſe, ab ipſo initio ex tali contractu innomina-
to nata eſt naturalis obligatio, que poſtea roboratur a iure ciuili,
propter interuentum rei, vt l. ex placito. de re. permu. ergo ipſam
obligationem vt ab initio interuenit debemus inſpicere. Reſpon-
deo, concedo, ſed nihil ad propoſitum, quia fateor ꝙ ab initio iſta
obligatio oritur diuerſimode, ſecũdum diuerſitatẽ reſpectuũ, pro-
pter diuerſitatem perſonarũ, vt ſ. dixi. ¶ Uenio ad ſequentẽ par-
ticulam, quero, quomodo potuit eſſe quod dominium remanſiſſet
penes tradentẽ. Gloſ. ponit plures modos, inter quos ponit vnũ,
quod tradidit ancillam, non habita fide de mancipio, ⁊ ſic nõ tran
ſtulit dominiũ, ſicut in venditione, vt Inſtit. de re. diui. §. vendite.
9 ¶ Not. † ex hac gloſ. quod illud quod dicitur quod non transfera-
tur dominium rei, niſi pretio ſoluto, vel fide habita de eo, habet
locũ in omnibus contractib. etiam innominatis, vt innuit hic gloſ.
⁊ in l. ſi ſeruus. §. locaui. ff. de fur. ¶ Contrarium videtur velle gloſ.
in l. traditionibus. ſ. de pact. j. de re permu. l. ij. Iſtam puto veram,
vt dixi d. §. locaui. ¶ Quero quid ſi mouetur queſtio ſtatus? Di
vt hic gloſ. ⁊c.

ALIA LECTVRA.

Cum Proponas. In contractu facio vt des, ſi facien-
ti non obſeruantur promiſſa, competit actio de
dolo, hoc dicit. ¶ Oppo. ⁊ ſum in gloſſ. poſita ſuper verbo
tradidiſti. ⁊ videtur quod competat actio preſcriptis verbis, ⁊ nõ
de dolo. l. naturalis. §. j. de preſcript. verbis. Soluit gloſ. ꝙ hic fuit
cõtractus, facio, vt des, in quo habet locũ actio de dolo. §. quod ſi
faciã, ibi fuit, do vt des. ¶ Contra hoc op. de text. qui dicit ei tra-
didiſti.

didiſti, colligitur quod hic fuit contractus do, vt des. Gloſſ. dat
duas ſolu. Prima eſt quod oppoſitio precederet, vbi ancilla da-
retur, ⁊ dominium fieret accipientis, quod non fuit in caſu noſtre
legis, quia tradita tanquam miniſtro vt manumitteret. Et iſta ra-
tio falſa per l.neque.ſ.de manu.vindi. Unde gl. tranſcendit ad aliã
ſolutionem, quod hic fuit dominium tranſlatũ in recipiente, ⁊ fuit
factus procurator in rem ſuam, ⁊ per hoc non videtur tolli oppo-
ſitio, quia adhuc dicitur contractus do, vt des, ſed teneas ſolu. di-
cas quod cũ iſta traditio fuerit facta ob hoc vt manumittatur an-
cilla inſpicitur potius iſtud factum, quam traditio, ⁊ ſic manumiſ-
ſio ancille, iſto caſu eſt contractus, facio, vt des. ¶ Item op. ⁊ vide
tur quod competat preſcriptis verbis actio, vt l. cum mota.ſ. de
tranſac. Sol. gl. quod ibi fuit cõtractus do vt facias, hic fuit facio,
vt des, Uel dic, vt ibi dixi. ¶ Et aduerte pro declaratione quod
quilibet contractus innominatus habet vnum contractum nomi-
natum cui aſſimiletur. Ita no. in l.naturalis.§.pen.ff.de preſcr.ver.
modo facio vt des, aſſimilatur locationi, ⁊ conductioni, vt ibidem
probatur, in quo contractu facio vt des, debes diſtinguere ꝙ aut
ex facto meo tibi qui debes dare aliquid adeſt, ⁊ tunc non compe-
tit actio de dolo, vt l.naturalis.§.ꝙ ſi faciã. Et eſt ratio huius, quia
actio preſcriptis verbis nititur equitate, vt l.j.e.ti. vnde cum ex fa-
cto meo, tibi adeſt aliquid equum eſt, vt des mihi illud ꝙ debes, ⁊
ad illud cõpetit preſcriptis verbis. Sed vbi ex facto meo tibi non
adeſt aliquid, iſta equitas ceſſat. Sed quia ego feci ꝙ debui licet ti
bi nihil adſit, ⁊ mihi non facias ꝙ debes rumpis fidẽ, ⁊ ideo cõpe-
tit actio de dolo. ¶ Sed contra hoc opponitur de caſu noſtre le-
gis, nam ex iſto facto tibi, qui recepiſti ancillam manumittendam,
adeſt ius patronatus per manumiſſionem, ⁊ tamen non competit
preſcriptis verbis, ſed de dolo. Sol. ꝙ licet dicaris habere ius pa-
tronatus, non tamen dices tibi adeſſe aliquid, nec diceris locuple-
tior. Probatur per l.plane.la ij.de leg.j.§.fi. Sed op. de.l. iuriſgen-
tium.§.j.ff.de pact. vbi conueni de manumittendo ſeruum meum,
⁊ manumiſi, vt dares mihi Stichũ, ⁊ Stichus datus eſt euictus,
⁊ ſic non videtur datus, ⁊ dicitur ibi in tex. ꝙ cõpetit actio preſcri-
ptis verbis. Sol. ⁊ fuit ſolu. Utramon. debes ſcire ꝙ quoddam eſt
factum merum ꝙ nõn participat aliquid de datione, aliquid eſt fa
ctum, ꝙ continet in ſe aliquam dationem. In primo diſtingue, vt
dixi ſ. aut ex mero facto adeſt aliquid, aut non. In ſecundo pone
exemplum in manumiſſione, que manumiſſio eſt datio libertatis,
⁊ in iſto facto non mero habet locum l.iuriſgentium.§.j. in contra-
rium alleg. ¶ Opp. de tex. noſtre legis, nam videtis in lege noſtra,
ꝙ hoc eſt factum non merum, ſed cõtinens aliquam dationem, vt
puta manumiſſionẽ, ⁊ competit actio de dolo. Soluunt doc. quod
ex contracti. innominatis, quando non fit vel datur quod fieri vel
dari debuit, poteſt agi dupliciter, quando vero agis vt fiat, vel de-
tur quod fieri vel dari debuit, ⁊ tunc habent locum ea que ſ. dixi.
¶ Quandoque agitur non ad hoc, ſed ad repetẽdum id quod eſt
datum, quia non ſeruantur promiſſa, ⁊ iſto caſu, aut illud de cuius
repetitione tractatur, eſt quid non repetibile, pone exemplum in li
bertate, ⁊ tunc habet locum lex noſtra, quia competit actio de do
lo ad intereſſe. ¶ Itẽ oppo. de. l.iij.§. ſed ſi dedi.ff.de condi.ob cau.
Sol. vt ſoluit gl. in fi. quam no. ⁊ vide quod no. in l.ſi cum exceptio
ne.§.eum qui.ff.quod me.cau. ¶ Quero quando poteſt eſſe, quod
ſi tradidiſti alicui ancillam manumittendã, ⁊ ſic ille eſt factus pro-
curator in rem ſuam, quod dominium non ſit tranſlatum per tradi
tionem, ⁊ tamen tex. dicit contrarium. Gl. dat plures modos, tamẽ
vltimus eſt multum no. qui allegat.§.vendite. Inſtit. de rerum di-
ui. Ex primo dicto glo. habes notare quod ſicut in contractibus
nominatis, non transfertur dominium, vbi pretium non eſt ſolu-
tum, vel fides habita de pretio, ita ⁊ in innominatis.

LEX V.

1 Contra patrem datur actio in factum nomine furti.
2 Quomodo cognoſcatur, an agatur actione de dolo contra patrẽ vel actione in factum, ⁊ quomodo formabitur libellus. ⁊ nu.5.
3 Tranſactio ſi eſt facta dolo patris, nudo verbo agitur actione prima.

SI ſuperſtite. Tranſactio tollit actionẽ ope exceptionis, vel ipſo iure, ſi ac-
ceptilatio interceſſit, ⁊ cõtra patrem nõ datur actio de do-
lo, ſed in factũ. h.d. ¶ Opponitur.ff.de furt.l.ſi quis vxori.§.j. vbi
1 eſt actio furti contra patrem. Dicunt † quidam, iſta actio eſt famo
ſior illa. Truffa eſt. Tu expone ibi furti, id eſt in factum occaſione
furti. ¶ Itẽ opponitur de l.ſed ⁊ ſi hac lege.§.pretor ait. de in ius
vocan. l.pretor edixit.§.preterea, de iniurijs. Sol. eo. modo expone
ibi, id eſt, in factum. ¶ Opp. de l.j.§.interdictum hoc. de vi ⁊ vi ar-
ma. Sol. Ibi illud interdictum non infamat. ¶ Quero dicitur hic
2 non ageretur de dolo, † ſed in factum, quomodo cognoſcetur hoc
ex libello, cum hodie non proponebatur nomen actionis. Tex. in l.
non debet.ff.eo. ponit iſtam practicam dum dicit, ſed in factũ ver-
bis temperandam dandam actionem vt bonefidei mentio fiat. illa
verba ſunt tex. ¶ Ex quo collige primo quod in narratione narra
bo factum, nec ponam illa verba denotantia dolum, ⁊ fraudẽ. Uer
bi gratia, dico quod pater meus talibꝰ verbis me induxit ad trãſi-
gendum. non dicam doloſe, fraudulenter, ⁊ ſimilia verba, deinde in
concluſione dicam ſic. quare cum bonefidei non congruat alium lo
cupletari cum aliena iactura. ideo peto ⁊c. Sed in actione de dolo
dicerem manifeſte. quare cũ non ſit equũ ipſum locupletari ex ſuo
3 dolo, ideo peto ⁊c. ¶ † Quero quid ſi per patris dolum tranſactio
fuit facta nudo verbo? Certe tũc ageretur actione. j. ⁊ ſi excipiatur
de tranſactione. non replicabitur de dolo ſed in factum, vt l. apud
Celſum.§.aduerſus, de doli exceptio.

ALIA LECTVRA.

SI ſuperſtite. Tranſactio ſubſecuta Aquiliana ſtipulatione, ⁊ renouatione
tollit actionem ipſo iure vel ope exceptionis. Itẽ actio de
dolo non competit contra parentes, h.d. ¶ Opp. de l.ſi.j. qui ⁊ ad
4 uer. quos Solu. vt ibi no. ¶ † Item opp. contra patrem de text. l.ſi
quis vxori.§.j.ff.de furt. Dic, quod ibi debet exponi actio furti, id
eſt actio in factum nomine furti. ¶ Item opp. de l.ſed ſi hac.§.pre
tor ait.ff.de in ius vocan. Sol. vt precedens contrarium. ¶ Item
5 op. de l.j.§.interdictũ.ff.de vi ⁊ vi arma. Sol. vt in gl. in fi. ¶ † Que-
ro, iuxta gl. cum hodie actiones non proponantur in libello, qua-
liter poterit cognoſci vtrum agatur actione de dolo contra patrẽ,
an actione in factum. in hoc poteſt intelligi l.non debet.ff.eo. ibi, vt
in bonefidei mentio fiat, ⁊c. ¶ Nam ſi agerem contra patrem, dice
rem ſic: dixi quod contraxi cum patre meo, vel auo paterno, ⁊ fui
ſic inductus ad contrahendum, ⁊ narrare factum quare cum bo-
nefidei non congruat aliquem locupletari ex aliena iactura, peto,
⁊c. Ex iſta narratione videtur intentata actio in factum. Sed ſi di-
ceret ſic, dico quod fui inductus dolo, ⁊c. quare cum non cõgruat
aliquem locupletari ex dolo ſuo, ⁊c.

LEX VI.

1 Que conſiſtunt in animo non poſſunt directe probari.
3 Dolus quando preſumatur. ⁊ nu.4.

a DOlum. [a] Not. † quod ea que conſiſtunt in animo,
1 non poſſunt probari directo ſed probãtur
b ex indicijs perſpicuis, quaſi dicat, leua indicia[b] non ſuffice
2 rent ad probationem. ¶ Quero exempla † huius l. gl. ponit exem-
plum ſecundum Aldri. vt in ea patet. alia exempla videbitis.j. de
reſcin.ven.l.ſi dolo. ⁊ l.dolus, ⁊ poteſt poni vnum exemplum. Quã-
docunque predico tibi aliquid, quod non eſt, ⁊ ſic mentior ar.ff.eo.
l.ſi quis affirmauerit. facit de contrahen.empt.l.ea que cõmendan
3 di. Ad predicta oppo. ⁊ videtur quod dolus † preſumatur, etiam ſi
nulla appareant indicia, vt l.ſi procurator.§.dol. ⁊ l.dolus.ff. man.
⁊ ad l.Fal.l.dolo. Dicit gl. fallit in illa regula brocardica Azonis,
dolum preſumi. ¶ Tu dicas ſic breuiter. Quandoque loquimur
in omittente, ⁊ tunc regula eſt, quod ſi ſcit ſe debere facere ꝙ omi-
ſit preſumitur dolus, vt d.l.ſi procuratorẽ.§.dolo. ⁊ l.dolus.ff.man.
⁊ l.dolo.ff.ad leg.falci. ⁊ l.ꝙ te.ff.ſi cer.peta. Secus ſi ignoret, vt de
re iu.l.qui in alterius. Quandoqꝫ loquitur in faciente, ⁊ tunc quã-
doque fit aliquis actus ſimpliciter prohibitus, ⁊ tunc preſumitur
dolus ex ipſo actu niſi probetur contrarium.j.de ſica.l.j.de iniu.l.ſi
non conuinci. Quandoque fit actus ſimpliciter permiſſus ⁊ tunc
dolus non preſumitur niſi indicijs legitimis cõprobetur, vt in hac
l.cum ſi. Quãdoque fit actus qui aliquo caſu eſt permiſſus aliquo
non. tunc ſi fiat clam. preſumitur dolus. ſi fiat palam non preſumi-
tur, niſi probetur.ff.de ritu nuptia.l.ſi. de iure fiſ.l.non intelligitur.
§.fi.ſi quis palam, ⁊c.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Dolum. Fallit iſta lex in quatuor caſib. vbi dolus nõ
probatur aliquo modo ſed preſumitur. de quib. per Fely. in c.ſi au-
tem. vbi de materia in prin. extra de reſcrip.
P. PAV. P. ¶ Dolum. Per multas coniecturas, ex quib. preſu-
mitur fraus ⁊ dolus in ſtatuentib. aliquid, vide late do. Aut. conſi.
xlij. per totum. Itẽ qualiter probetur dolus interueniſſe in aliqua
re, vide late Bar. in trac. de teſtib. in verbo, dolus, ⁊ in ſeq. quomo-
do differat dolus preſumptus a verbo cum vterqꝫ probetur per
indicia de quo etiam vide in repertorio in verbo dolus. Uide late
Fely. in c.ſi autem. de reſcri. in materia probandi dolum, ⁊ quomo-
do preſumatur.
b POMA. ¶ Leuia indicia. Uide Rom. conſi. liiij. vbi ponit multa,
ex quib. dolus preſumitur, ⁊ Imo. conſi. lxviij. ⁊ clvij. Panor. in c.
ſuper literis ⁊ ibi Bal. de reſcri. ⁊ Aret. conſi. cxlix. ⁊ Alexan. conſi.
lviij. vol. iij. ⁊ Barb. conſi. xlij. vol. j.

ALIA LECTVRA.

DOlum. Quero de exemplo. Glo. ponit exemplum
1 in Aldrico. ¶ † Opp. videtur quod dolus
non preſumatur. contra de l.ſi procurator.§.dolo. Dicit gl.
fallit ibi. vnde dic quod quando queritur, nunquid in omittente
preſumatur dolus, in iſto caſu quandoque reperitur vnus actus

ſimpliciter permiſſus.⁊ ſic ſumus in genere permiſſorum,⁊ iſto caſu nunquam preſumitur dolus, niſi probetur.l. quoties.§. qui dolo.ff.de proba.quandoque eſt aliquis actus ſimpliciter prohibitus ⁊ ſic ſumus in genere prohibitorum. ⁊ iſto caſu dolus ſemper preſumitur niſi probetur contrarium l. j. ꝟ. ad leg.cor. de ſica. Quandoqꝫ eſt aliquis actus non ſimplicitet permiſſus,⁊ ſimpliciter prohibitus,⁊ ſic dicas ꝙ aut talis actus ſit palam, aut clam. Primo caſu non preſumitur.ſecundo ſic vt l.fin.de ritu.nup.l.non exiſtimo de admini.tuto. In ſecundo caſu.quid de omittente dic quod aut omittens ſcit ſe debere facere quod debet,tunc preſumitur dolus. Ita debet intelligi.l.ſi procurator.§.dolo.ff. mand. aut ignoratur, ⁊ non preſumitur.l.qui alterius.de reg.iur.

LEX VII.

1 ☞ Pactum ſimplex ſeu liberatio, trahit ſecum executionem in pactis liberatorijs.

SI maior. Actio de dolo datur occaſione lucri,non facti dolo alterius.hoc dicit. ¶ Oppo. quando dolus dat cauſam contractui bone fidei,contractus eſt ipſo iure nullus. vt l.⁊ elegāter.in prin.ff.eo,ergo repudiatio hic,eſt ipſo iure nulla.Sol.Dicit gl.illud,ꝙ operatur in contractu venditionis traditio.illud operatur repudiatio.⁊ ideo,ſicut ibi facta traditione recurrimus ad actionē de dolo,ita hic facta renunciatione.¶ Quid
1 habes ex iſta not.gl.Primo habes,†ꝙ ſicut quādo dolus dat cauſam contractui bone fidei,cōtractus eſt ipſo iure nullus,ita quando dolus dat cauſam diſtractui,hoc eſt illi actui,per quem receditur a contractu,nam petitio hereditatis eſt bone fidei,vt l.fin.ꝟ.de pet.hered.ita eodem modo repudiatio eſt bone fidei. Item habes
2 †ꝙ in pactis liberatorijs ſimplex pactū ſeu liberatio trahit ſecum executionem,vt l.j.§.ſi debitori,vt in poſ.le.Simile videbitis not.ꝟ.tit.j.l.de tutela.tangitur in l.ſub pretextu inſtrumenti.ſ.de tranſa.⁊ ibi dixi.Sed ſi eſſet aliqua liberatio,que non traheret ſecum executionem, q̄ deberet hinc inde aliquid dari, vt in contractu tranſactionis,tunc idem eſſet ꝙ in emptione,⁊ venditione,vt dixi ſ.in d.l.ſub pretextu.Et ex his apparet,ꝙ illi qui reprehendunt iſtam gl. dicentes,quod hic nō loquitur in contractu bone fidei,non intelligunt eam nam licet loquatur in actu,per quem receditur a contractu vel quaſi cōtractu bone fidei,tamen idem eſt in iſto caſu,quod in ipſo contractu,⁊ vide glo.tuam,quam nota perpetuo ⁊c.

ALIA LECTVRA.

SI maior. Repudiatio hereditatis facta per dolum purgatur per actionem de dolo hoc dicit.¶ Oppo.⁊ videtur quod iſta repudiatio ſit nulla,vt l.⁊ eleganter.in prin.ff.eo.Solue vt hic not.gl.quam ſigna.⁊c.

LEX VIII.

OPtimum. Actio de dolo debet intra biennium continuum intentari, ⁊ ter-
a minari.[a] ¶ Oppo.de l.iij.ſ.eod.Sol.Illa corrigitur per iſtam. ¶ Secundo oppo. ⁊ videtur quod actio debeat perpetuari lite conteſtata,vt ꝟ.de preſcrip.xxx.anno l.j.⁊ l.fi.de anna.excep.So.Fallit hic.¶ Querit gl. vtrum tempus quod datur ad reſciſſoriam intentandam,perpetuetur lite conteſt. Dic vt hic, per gl.Dicam vobis in l.ſupernacuam.ꝟ.de temp.reſti.in integ.⁊c.

ADDITIO.

a ¶ Terminari.Adde inquantum Alexan.tangit,quod ſtante ſtatuto,quod de maleficio non poſſit cognoſci poſt ſex menſes, quid ſi ſtatutum dicat quod nō poſſit cognoſcere poſt quinquennium, ⁊ aliud dicat quod coniugatus aliam ducens vxorem capite puniatur. contingatque quod aliquis vltra quinquennium duxerit aliam vxorem,⁊ perſeuerauerit in delicto an iudex poterit cognoſcere vide Pet.de Anch.conſi.iiij.

ALIA LECTVRA.

OPtimum. Lis orta ſuper dolo, actione de dolo intentata, debet finiri intra biennium.hoc dicit. ¶ Oppo.de l.j.ſ.eod. circa medium legis. Glo.dat plures ſol.Dic quod tempus currit,vt hic, ſed competit reſtitutio,vt ibi.¶ Item oppo.de l.fi.ꝟ.de preſcri.xxx.vel.xl.annor. So.Eſt regula,quod per cōteſtationem quelibet actio perpetuatur.fallit hic. ¶ Querit gloſſ. quid de actione reſciſſoria. De hoc habes in l.ſed ſi pretorem.§.quoties.ex quibus.cauſ. maio.⁊ ibi gl. in §.rurſus.Inſti.de actio.⁊c.

De in integrum reſtitutione. Rubr. XXII.

LEX I.

ILlud inſpiciendum. Minor leſus renunciando querele,tacite,vel expreſſe,reſtituitur..h.d.¶ Opp.⁊ videtur quod ipſo iure non noceat talis renunciatio,vt ꝟ. in quib.cau.in inte.reſt.non eſt neceſ.l. ij.Huius timore ſunt hic plures ſol.Quedam quod hic loquitur prout loquitr de repudiatione tacita. hoc debet intelligi, que fit per aliquem actum, vt accipiendo legatum,vel aduocando pro teſtamento,non ex ſolo curſu temporis ⁊c.Iſta lect.non placet,quia text.hic dicit,tacita(diſſimulatione:ſed dic quod eſt bona,quia licet non diſſimulat agnoſcendo, tamen diſſimulat querelam quod prout fiat ſimpliciter per taciturnitatem noceat)accipere autem legatum,non eſt diſſimulatio,ſed eſt factio,ſeu quoddam factum, ſeu agere. Dicunt ergo alij, ⁊ hec lex concordat cum illa,vt ipſo iure ſit immutatum aduerſus iſtam tacitam renunciationem.Hoc non placet,per text, qui dicit, auxilium etati impartitur, ⁊c. propter quod concludit de reſtitutione
1 in integrum,maxime cum†hec lex ſit poſita in hoc titulo, debet intelligi ſecundum naturam tituli,ſub qua eſt poſita,vt l.Imperator de in diem addic.⁊ no.in l.fin.ꝟ.de condi.inde. dicas ergo quod hec lex per illam corrigitur in hoc ⁊c.

ALIA LECTVRA.

ILlud inſpiciendum. Reſtitutio in integrum conceditur minori xxv.annis leſo,propter renunciationem querele inofficioſi teſtamenti.h.d.¶ Not.ꝙ dixi in ſummario.¶ Oppo.de l.ij.ꝟ.in qui.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ.Glo.dat plures ſolu. Tene primam. Vel dic quod hec corrigitur per illam. Jacob.de Aret.format queſtionem, vtrum ſi minor facit pacem cum inimico ſuo,poſſet petere reſtitutionem in integrum? Dixi in l.de fideicommiſſo.ſ.de tranſac.

LEX II.

EO tempore. Numerus liberorum non ſupplet etatem ad impediendam reſti.h.d.

LEX III.

1 ☞ Minor curatorem habens, quando equiparetur prodigo.⁊ nume.9.
3 Prodigus quando equiparetur pupillo.
4 Adultus quando equiparetur pupillo,⁊ nu.10.
6 Authoritas iudicis quando ſufficiat in contractibus minorum,
7 Iudex quando ſuppleat defectum tutoris.

a **SI curatorem.** [a]Si minor habens curatorem contrahit ſine eo,contractus eſt nullus,ſed ſi non habet curatorem, ⁊ contrahit ſine eo,valet contractus,ſed reſtituitur ſi ledatur.h.d.nota quod dixi ſummario. ¶ Not.quod minor habens curatorem,equiparatur prodigo.Et ex hoc glo.noſtra facit duo proportionalia, ſeu duas equiparationes, ex quibus colligas tertiam. Primum proportionale ponitur hic in tex. Minor curatorem habens equiparatur prodigo. Secundum ponitur in l.certi condictio. §. item queri.ſi cert.peta.quod ille cui eſt interdictum bonis, equiparatur pupillo. Tertium colligitur ex predictis duobus
b quod minor curatorem habens equiparatur pupillo.[b]Hoc modo probatur.Minor habens curatorem equiparatur prodigo, ⁊ prodigus equiparatur pupillo, ergo minor curatorem habens equi-
1 paratur pupillo.Ad primam equiparationem†oppo.quod minor non equiparatur prodigo,nam prodigus non poteſt teſtari,vt l.is cui.ſ.de teſt.ſed adultus ſic,vt ꝟ.qui teſtamen.face.poſſ.l.iij.⁊ l.qua etate.ff.de teſtamen. Solu. Hic loquitur in actibus viuentium,in quibus equiparantur,vt hic,in actib.morientium non, vt ibi.Ratio,quia prodigo interdicitur propter eius vitium,⁊ defectum,minori vero interdicitur propter preſumptionem etatis.Et ideo for-
2 te ſi† eſſet quidam minor,⁊ prodigus,non poſſet ſibi dari curator, tanquam prodigo,quia ſufficit curator tanquam adulto.argumē. l.qui habent.ff.de tute.Sed arbitror quod poſſet ſibi bonis interdici, propter prodigalitatem, que interdictio operatur ne poſſet teſtari, ad quem effectum, datio curatoris propter etatem ſe non
3 extendit.¶ Ad ſecundum cum dicit, † quod prodigus equiparatur pupillo,oppo.de eo quod dixi in l.ſi quis in tantam.infra vnde vi. circa primam partem. Solu. In contrahendo equiparantur,
☞ non in delinquendo, [c] vt ibidem. ¶ Ad tertiam equiparationem
c †quod adultus equiparetur pupillo, oppo.de l.qua etate.ff.de te-
4 ſtibus.Sol.Dico in actibus viuentium equiparantur,non in actibus morientium. Rationem huius plene dixi. ff. ad Trebel.l.ſi. fuit queſitum.vbi habes de his vnam bonam gl.quam hic.Cy. citat ¶ Oppo.de d.§.fuit queſitum.Sol. Fallit ibi.Oppo.Inſti. de ſuſpe.tuto.§.impuberes.ff.de ſuſpe.tuto.l.impuberib.Sol.Fal-
5 lit†in accuſationibus ſuſpecti,vbi nō equiparātur pupilli ⁊ adulti. ¶ Venio ad gloſſ.que dicit,habens tutorem vel curatorem, con-
6 trahit cum decreto iudicis.an†authoritas iudicis ſufficiat? Hic in gloſſ.ſunt opi.finaliter tenet,quod ſufficit iudicis authoritas.vide gloſſ.⁊ tene menti.Contrarium videtur tenere gloſſ.ꝟ.titu.ij.l.fina. ⁊ infra ſi propter.public.penſio.l.fin.Mar.Sil.tenet gloſſ.contra. Non obſtat.§.permittitur.quem allegat,quia ibi loquitur in actu neceſſa-